Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium secundum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Dubium Secundum
Quid sint Analoga et eorum Species?

Quoniam supra in explicatione dictis aequivocorum aliquando et analogorum facta est mentio, et eorum cognitio ad plura logicalia intelligenda necessaria est, ideo aliqua hic de iis breviter dicemus. Quae ut intelligi queant, mox quid sint, et deinde quotuplicia sint declarabimus. Definiuntur itaque analoga in scholis hoc modo.

Definitio Analogorum.

Analoga sunt quorum nomen est commune, ratio vero significata per nomen partim est eadem, partim diversa. ut v.g. pes montis, et pes scamni dicuntur analoga quia in primis habent nomen commune, deinde ratio per nomen significata partim est diversa quia diversam naturam habet pes montis ab ea, quam habet pes scamni: et partim est eadem, quia sicut se habet pes montis ad montem sustentando et fulciendo eius gravitatem, ita se habet pes scamni ad scamnum sufferendo onus. Praedicta definitio intelligenda est de ipsis rebus non de vocibus seu terminis analogis sicut supra dictum est in definitione aequivocorum

aequivoca, in quo non definiebant aequivocantia sed aequivocata; ita et hic non definimus analoga analogantia sed analoga analogata. Dr in plurali analoga, qa ut hoc sit analogum aliqua constituunt, vero petunt plura. Caetera particulae defis explicandae sunt iuxta dicta in defis aequivocorum et univocorum. Ultimae particulae distinguunt analoga ab aequivocis et univocis et illa in medio constituunt, ex hoc n. q. analoga habeant partim rnem eandem differunt a puris aequivocis ut dictum. Per hoc vero q habeant rnem partim diversam differunt ab univocis, q. oio hunt propter eandem rnem. Ex dictis analogorum defie facile colliges qd sit analogia in abstracto: e n. nihil aliud, quam aliquorum in aliqua rne et nomen sibi coe convenientia partim conveniente, partim discrepantia.

Dofio analogorum e explicanda ut aequivocorum.

Distinctio Analog: ab aequivocis.

Analogia in abstracto qd?

Tres reiter assignari solent analogorum vel analogiae spes. 1a dr analogia in aequalitatis 2a analogia attributionis. 3a analogia proportionalitatis. Ad has 3. modos oia analoga reducuntur.

Tres species Analogorum.

Analoga in aequalitatis vocantur illa quorum nomen e coe, et rno sm illud nomen e oio eadem, in aequaliter tn participata; et sermo e de ~~analogali pfectione~~ in aeqlitate pfectionis qua rne oe genus e analogum respi suarum sperum, qa in primis illis species e nomen coe, et rno sigita per illud nomen e oio eadem inaeq-

1a spes. Analoga in aequalitatis.

inaequaliter tamen participata ab istis, cum
n. differentia specifica habeant inaequalem
perfectionem genus in specie nobiliori perfectius
habebit quam in specie ignobiliori ut aut
perfectius esse tota in homine quam in bruto, quia
differentia specifica hominis ratione sui excedit perfectio-

Quomodo Analoga a logico et physico vocentur?

nem differentiam specificam bruti. Haec analoga
vocat logicus univoca, physicus aequivoca.
quia physicus agit de rebus ut sunt a parte rei,
logicus autem ut sunt in conceptibus; quia ergo genera secundum
illud esse quod tota a parte rei inaequaliter se
habent in perfectione, aequaliter vero secundum concep-
tum ideo a physico dicuntur aequivoca, a logico

Quomodo a S. Thoma?

univoca. Et ob eandem rationem vocat D.
Thomas haec analoga, analoga tamen secundum esse
et non secundum intentionem, eo quod participant in ratione
significata per illud nomen commune; sed non participant
in esse illius rationis. Verum haec analoga
cum logice secundum veritatem sint univoca
missa faciamus, stricte n. loquendo analoga
dici nequeunt licet secundum quid et large talia
possint nuncupari.

2a Species. Analoga Attributionis quid?

Analoga attributionis sunt illa quorum
nomen est commune, ratio vero per nomen significata
est eadem secundum terminum, diversa tamen
secundum habitudines ad illum. Hoc est, ratio
significata per nomen analogum secundum quod comparatur
ad sua analogata, est diversa. ut aut, animal,
medicina, et urina, sunt analoga attributionis

quatenus

quatenus significant hoc idem sanum, quia ut sic habent aliq. nomen commune, ratio n. appellant sana. praeterea conveniunt in hoc quod omnia respiciunt hunc term: nempe sanitatem, quia omnia dicuntur sana in ordine ad illam. differunt tamen quod diversam habitudinem seu diversum ordinem quem dicunt ad sanitatem. nam analogum quod est analogatum principale dicitur intrinsece sanum ac quod intrinsece respicit sanitatem, quatenus illam in se habet; vel ut ait Caietanus ait dicitur sanum, in quantum formaliter forma illius quae dicitur sanitas. cibus vero respicit sanitatem ut quid il-lam conservans. medicina respicit illam ut causativa illius, urina vero ut significativa. Ex his colligitur analoga ista attributionis esse medium quoddam inter univoca et aequivoca; quia habent nomen commune, quod plura indeterminate significat, sicut aequivoca. et habent aliquam convenientiam, quia omnia dicunt ordinem ad unum terminum licet diversimode; in quo conveniunt aliquo modo cum univocis. nomine terminus intelligimus id quod plura respiciunt secundum diversas habitudines. Ista analoga vocantur à D. Th: et Arte ab uno, et ad unum, exemplum analogi ad unum iam positum est. analogum vero ab uno v.g. esse medicum, respicit hominis medici. libri medici, et instrumenti medici; haec n. omnia ab una arte medicina talia nuncupantur, homo quidem dicitur medicus, quia est formaliter medicinam habens in se

Anal: attributionis sunt medium inter Aeq: et Uni:

Si terminus, in defte.

Analoga attributionis quomodo à S. Th: et Arte vocentur? Analoga sunt ab Uno. Et ad Unum.

ni se istam artem. Dicuntur medici, qui gerunt preceptum medendi. instrumenta dicuntur medica, quae in naturam ad sanitatem recuperandam et ad medicinam applicanda corpori sanabili iuxta leges medicinae.

Tres Proprietates Anal: Attributionis.

Haec analoga quasdam habent proprietates seu potius conditiones per quas facile eam nam dignosci clare poterit.

1a Proprietas.

1a est quod ratio analogi per nomen significata attributionis in uno tantum analogatorum est formaliter vel intrinsece et intrinsece, in aliis vero extrinsece per denominationem extrinsecam, ideo haec analoga attributionis dicuntur quia id quod in primo analogato intrinsece reperitur, attribuitur analogatis minus principalibus, ratione alicuius connexionis quam cum ipso habent v.g. sanitas quae consistit in recta temperie humorum tantum formaliter et intrinsece reperitur in animali, non vero in medicina urina aut aliis, sed tantum dicitur de istis sanitas extrinsece per denominationem sumptam a sanitate

2a Proprietas.

2a proprietas est quod analoga minus principalia debent magis per analogum primum illud se in quo ratio analogi reperitur intrinsece, definiri, cuius ratio haec esse potest, definitio est oratio explicativa naturae, sed natura eorum analogorum

p

q sunt minus principia, dicunt ex sua natura habitu-
dinem ad analogum magis principium; quo illa
ordinem ad illud principium debent definiri: exemplo
res clarior fiet. Si n. quis vellet definire medici-
nam in quantum est analogum sanum, sic deberet
fieri. medicina est illud quod efficit sanitatem
animalis. urina est id, quod significat sanitatem animalis;
nec quidem semper est necesse ut analogatum principium
explicite ponatur in horum definitione, quia plerumque satis
intelligitur cum dicitur medicina est sana, quia tales
habet proprietates ut possit humores ad pristinum
revocare temperiem, ubi satis intelligitur principium
analogatum licet expresse non ponatur.

3a Proprietas est quod analogata minus principia non habeant eandem definitionem, sed tot sunt definitiones quot analogata; et quae multitudines dicunt ad primum analogatum, non n. omne quod sanum dicitur est eadem definitio; sed multiplex. alia est n. definitio medicinae in quantum sana, alia cibi, alia urinae in ratione talis, et hoc de se patet. — 3a Proprietas.

4a Proprietas est quod ille terminus ad quem analogata dicunt ordinem sit unus numero positive vel negative, positive quidem si sumantur analogata in particulari, ut hoc animal, haec urina et haec dieta, dicuntur sana in ordine ad hanc numero sanitatem in hoc animali existentem, negative vero si sumantur in communi, ut animal sanum in communi, medicina sana in communi, et urina sana in communi. Sic sumitur loquendo sanitas in qua omnia haec sana dicuntur, non est una numero in se — 4a Proprietas.

vel

vel positivè, ac quae esse uniuersis effectibus univ
comparatum fuit; sed una numero in istis
analogatis reperitur, idque non numerice 3. sani
tates numero diversae, sed unica tantum in uno
illis à qua aut dicitur intrinsece sanum, cetera autem
analogata tantum extrinsece talia, ut dictum est.
Ex his infert nomen analogum non tantum aliquid
significare cum entibus particularibus analogatis, sed solum
nexum cum identitate termini entibus ana
logatis. ita unum in analogia haec tria sunt
sc: nexus ad term: et diversae habitudines ad illum
term: nomen analogum terminum quidem distinc
te significat, ut sanum sanitatem, diversos autem respec
tus illos ita indeterminate, et confuse importat
ut primum distincte vel quasi distincte, ceteros
autem confuse et per reductionem ad primum: sanum n.
multos respectus ad sanitatem ut parata habitu
lis, causantis, significantis; qui in una voce sani
tatem distincte importantur confundit, ut
ille sc: primum habentis respectum subiecti sc: distincte significat.
sanum n. absolute dicimus habentem sanitatem
vel subiectum, ceteros autem respectus indeterminate im
portat per attributionem ad primum ut patet ex
dictis. unde et habetur illud esse dicta lecti cum
dictum, cuius nos et in summulis meminimus
nomen analogum stare pro famosiori significato
habet et illud quod ratio analogi in primo convenit
analogato, qua cetera nunc comparantur talia
in ordine ad illud.

Simil

Dividit haec analogia à S. Thoma in analogiam duorum ad tertium. ut medicinae, urinae ad sanitatem. Et in analogiam unius ad alterum, ut medicinae ad sanitatem, et haec divisio satis explicat naturam analogiae attributionis.

Analoga Proportionalitatis dicuntur quorum nomen est commune, et ratio per nomen significata est eadem secundum proportionem; hoc est, est similis in proportione, ut videre corporali visione, et videre intellectualiter, ex nomine vocantur videre, quia intelligere ita rem animae offert sicut videre corpori animato. ad huius intelligentiam nota proportionalitatem in hoc differre à similitudine quod similitudo tantum petit duos terminos vel duo extrema, ut similitudo albi, tantum petit duos terminos albedine affectos, proportionalitas vero, ad minus petit quatuor extrema ut videre est in hac proportionalitate. sicut se habet risus ad hominem, ita se habet viriditas ad prata

Analoga Proportionalitatis qua?

Est itaque proportionalitas si nomine notes, seu terminus nil aliud quam habitudo quaedam duarum vel plurium proportionum inter se, ita ut quemadmodum hoc se habet ad illud, ita et hoc ad aliud. ut habitudo illa quae intercedit inter pedem per montis ad montem, et inter pedem animalis ad animal, dicitur proportionalitas, nam sicut se habet pes montis ad montem sustentando eius pondus, ita se habet pes animalis ad animal ferendo eius gravitatem.

Proportionalitas qua?

Pro

Pro huius clarius intelligentia dicendum, nomen analogum Proportionalitatis non importat rationem unam eandem, sed plura mediate, cuius ratio haec est, nam proportio debet dari inter plura, ergo ratio per nomen analogum proportionalitatis significata ut sit eadem proportione debet esse multiplex, ex ex hoc intelligitur illa definitio praedicta scilicet quod ratio significata per nomen analogum debeat esse proportionaliter eadem, quod non sic intelligi debet quasi quod ista analoga debeant significare aliquam rationem eandem, sed quod significata per nomen nempe extrema importata debeant esse proportionaliter eadem.

Conditiones Anal: Proportionalitatis.

Haec analogia proportionalitatis et quasdam habet proprietates seu conditiones. 1a est. Quod ratio nomen analogum formaliter significata reperiatur intrinsece et formaliter in omnibus analogatis. 2. a Proprietas est. Quod in omnibus analogatis non reperiatur eadem ratione numero, vel unus terminus numero, sed tot sunt rationes numero distinctae quot membra sunt analogata. 3. a Conditio est. in his analogatis unum non definiatur per alterum non n. per eius mentis definitur per sedem aliis aut e contra.

Contra haec Obiicies 1o. Sanum v.g. dicitur intrinsece in medicina. ergo falsum est formam significatam per nomen analogum attributionis non reperiri intrinsece in quolibet analogato, probatur ant. medicina dicitur sana, quae causat sanitatem, sed causare sanitatem est intrinsecum medicinae. ergo et forma per nomen analogum sani significata erit quoque medicinae intrinseca.

R. Neg.

R/ Negato ans. ad eius probationem dices quod medicina.
Distinguo min: Causare sanitatem est in-
trinsecum medicinae, ita quod forma causata per
medicinam nempe sanitas, a qua haec nomen
sanum desumit sit intrinseca medicinae, nego
min. causare sanitatem est intrinsecum me-
dicinae, hoc est medicina habet virtutem sibi
intrinsecam per quam causet sanitatem concedo
min: et hoc non est contra nos.

Obiicies 2o. Ens dicitur analogice de Deo et
creaturis substantia et accidente, analogia at-
tributionis, et tamen entitas quae est ratio significata per ter-
minum analogum ens sibi reperitur intrinsece in
omnibus analogatis, ergo doctrina data falsa erit
quod scilicet forma significata per nomen analogum attributionis
tantum ~~extrinsece~~ reperiatur in minus principalis ana-
logatis. min. de se patet. creatura enim intrin-
sece est entitas per se sicut et accidens intrin-
sece et in sua essentia claudit entitatem.

R/. 1o Quod ens quatenus est analogum attribu-
tionis respectu Dei et creaturae substantiae et acci-
dentis non significet rationem aliquam omnibus
analogatis intrinsecam, sed immediate respi-
ciat Deum dein creaturas, vel mediante
substantiam et ~~denominative~~ accidens in ordine
ad substantiam dicitur accidens ens entitate
denominative ab entitate substantiae.
Similiter creatura appellatur denominative
ens a primo et increato ente quod est Deus.
Et ut haec bene intelligatur, notandum ens posse
dupliciter sumi. 1o. quatenus significat ens ipse
abstrahendo

abstrahendo a modis particularibus substantiae et ac-
cidentis Dei et creaturae. Et sic ens non est
analogum attributionis. 2o. Quando analogum
significat plura per attributionem ad unum imedia-
te, id fit cum analogum attributionis.

R. 2o. Ens resp: Dei et creaturae substantiae
et accidentis non esse tantum analogum attributio-
nis sed et proportionalitatis, et propter conceptum in-
trinsece reperiri in extremis analogatis secundum pro-
portionem tamen. Ex quo et patet solutio argumenti
quod fieri solebat contra eandem analogiam
proportionalitatis supra commemoratam
ob hujusmodi. Accidens est analogatum propor-
tionalitatis respectu substantiae. et tamen accidens
definitur per substantiam, ergo unum analogatum
definitur per aliud et in analogia proportiona-
litatis. R. ad hoc, si accidens consideratur
quandoque definiri per substantiam, hoc est sub
conceptu et attributionis, non vero in conceptu
analogati proportionalitatis.

Dubium tertium.

Quid sit Praedicamentum,

Et